



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

XLVIII. Der Bischof Siegfried bestätigt dem Domcapitel zu Brandenburg dessen Gerechtsame und Besitzungen, am 28. Dezember 1217.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

XLVII. Bischof Balduin von Brandenburg bestätigt den Dom zu Coswig, am 29. Juni 1216.

— Balduinus, dei gratia Brandenburgensis Ecclesie Episcopus. Admonet nos multipliciter, hortatur cura suscepti regiminis, et sollicitudo pastoralis inducit, ut ecclesiis et personis ecclesiasticis, que a Deo nobis commissa noscuntur, attentione vigili satagemus utiliter providere, et iustis eorum desideriis facilem prebeamus assensum, vota que ipsorum, que a rationis tramite non discordant, curemus perficere cum effectu. Ea propter notum esse volumus universis Christi fidelibus, tam futuris quam presentibus, quod, cum de permissione voluntaria et consensu Illustris Principis, Henrici, Comitis de Ascharia, in ecclesia Beate Marie Virginis in Cossewitz ad prestandum iuge servitium Jesu Christo per nos sint Canonici instituti, ita quod ipsi personas idoneas in Canonicos eligendi et prebendas suas, prout voluerint, administrandi, ab hujusmodi administratione ipsorum Preposito existente penitus alieno, liberam habeant facultatem. Idem Princeps proprietatem fundi, in quo noscitur ecclesia ipsa sita, villam quoque Lozeke, cum suis pertinentiis, consentiente fidei nostro, Hoyo de Valckenstein, qui eam jure tenuit feudali, ob spem vite perennis libera donatione contulit ecclesie antedictae, a nobis ecclesie ipsi datis duobus partibus decime de jam dicta villa respectu coelestium premiorum. Nos igitur donationem Principis memorati, legitimorum heredum conniventia rite actam, auctore Domino confirmamus, nostram collationem futuris temporibus firmam et inviolabilem permanere volentes, instrumenti presentis cum patrocinio communimus. Et ne quis tam nostre confirmationis quam donationis paginam ausu temerario presumat infringere, autoritate Dei et Beati Apostolorum Petri et Pauli, Domini Pape quoque ac nostra sub anathematis interminatione firmiter inhibemus, adhibitis testibus idoneis, quorum nomina sunt hec: Sigbod, Havelbergenensis Episcopus, Rudolphus, Abbas in Lenin, Wilhelmus, Abbas in Cenna, Sifridus, Prepositus Brandenburgensis, Reinerus in Liezeke Prepositus, Alexander, Beate Marie in Magdeburg Canonicus, Ecbertus, Canonicus S. Sebast. in Magdeburg, Nicolaus, Plebanus in Jezere, Albertus, Dux Saxonie, Wernerus de Sufelitz, Albertus de Arneften et Gevehardus frater ipsius, Bedericus, Castellanus Brandenburgensis, Fridericus de Hasle, Burchardus de Brezne, Richardus de Plaue, Gumpertus frater ejus, Richardus de Scherewitz, Arnodus de Stasworde, Arnoldus de Plaue, alii que quam plures Clerici et Laici. Datum Prizerwe III. Kal. Jul. Anno Domini MCCXVI. Indict. III.

Bedmann's Anhalt. Hist. III., 314. Buchholz IV, 50.

XLVIII. Der Bischof Siegfried bestätigt dem Domcapitel zu Brandenburg dessen Gerechtsame und Besitzungen, am 28. Dezember 1217. 1216!!

— Ego Sifridus secundus, dei gratia Brandenburgensis ecclesie episcopus. Ordinatione divina venerabilis et deo digni predecessores nostri: Wilmarus, Sifridus, Balderamus, Alexius, Norbertus, Baldewinus, Brandenburgensis episcopi, sanctam congregationem regularium canonicorum sub regula beati Augustini et institutione reverendissimi domini Norberti, Magdeburgensis archiepiscopi, in urbe Brandenburg in sedem episcopalem, quam pie memorie Otto imperator fundavit, ad servitium dei adunatam tempore nostre mortalitatis per

nos in via dei dirigendam nobis quasi hereditaria successione reliquerunt. Nos itaque eorum devotione, pro parvitate nostra domino annuente subservientes prefate congregationi omnimodum affectum nostrum inclinavimus et ut interna domino quiete vacent, exteriorem ab eis inquietudinem duximus amovendam. Inde est, quod eorum iustis precibus pie annuentes jura et consuetudines honestas, nec non et bona, que eis predecessores nostri ejusdem ecclesie episcopi seu principes seculares seu quelibet honoratorum vel privatorum persone iusto jam donationis titulo contulerunt vel adhuc collature sunt, nos auctoritate dei omnipotentis et beatorum apostolorum Petri et Pauli, in quorum honore eadem ecclesia constructa est, et domini Honorii pape et nostra, quam a deo habemus, confirmamus et presentis pagine munimine stabilimus, inprimis siquidem decernentes, ut eadem ecclesia juxta primam sui institutionem tanquam ecclesia cathedralis libera sit et perpetuis permaneat temporibus, nullaque seu secularis seu regularis persona nichil omnino, quacunque occasione jurisdictionis sibi in ipsa ecclesia usurpare presumat, sed sicut eadem ecclesia tantum antecessoribus nostris, ita quoque nobis et successoribus nostris sit subjecta. Correctiones quoque discipline regularis et morum reformationes eorundem canonicorum, que vires sui prepositi excefferint, juxta antiquam et actenus observatam consuetudinem et Lateranensis statuta concilii, per nos et successores nostros, nullo penitus interjecto appellationis obstaculo, corrigantur. Collaudamus ergo et confirmamus, ut dictus ordo canonicorum regularium, qui secundum dei timorem et beati Augustini regulam in jam dicta ecclesia dignoscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Possessiones porro et bona, que eadem ecclesia, auctore deo, possidet, confirmamus eidem, in quibus hec propriis vocabulis duximus exprimenda: locum ipsum, in quo prefata ecclesia sita est, in urbe videlicet Brandeburch *) cum omnibus suis pertinentiis **), et curam animarum ipsius urbis, que eidem ratione sedis cathedralis a bone memorie Wilmaro, ipsius ecclesie episcopo, est collata et ab ipsius successoribus usque ad nostra tempora est confirmata; ecclesiam quoque beati Godehardi in forensi villa Pardwin cum dote sua, in qua primitus iidem canonici a pie memorie Wiggero, Brandeburgenfi episcopo, fuerunt instituti, a qua postmodum per sancte recordationis Wilmarum, dicte ecclesie episcopum, in urbem Brandeburch sunt transpositi, ipsam, inquam, ecclesiam sancti Godehardi cum tota parrochia ipsius ville et novo ponte toto et medietate antiqui pontis, eidem parrochie adjacentibus, nec non et tertiam partem decimarum ipsius ville, tam frugum quam animalium, et aliarum rerum, juxta quod parrochiales ecclesie per nostram dyocesis percipere consueverunt; ecclesiam etiam sancte Marie in monte, qui Harlungeberch dicitur, cum tertia parte decimarum ex adjacentibus vineis, et ecclesiam sancti Nycolay in Lukkeberge cum dote sua et uno manso et tertia parte decimarum ipsius ville ad predictam parrochiam in Pardwin pertinentibus, et si que alie ecclesie infra eandem parrochiam fuerint in posterum edificate; sex quoque arearum fundos in ipsa villa Pardwin a fidelibus oblatos; hospitale etiam pauperum in jam dicta villa Pardwin juxta pontem de Cracowe situm cum ortis et omnibus suis attinentiis, cultis et incultis; tres quoque areas cum ortis suis et pomariis in villa Cracowe; duas insuper lacunas, unam in superiore parte urbis Brandeburch et aliam juxta hospitale sitas; centum etiam mansos in Zucha sitos, quos bone memorie Otto, marchio senior Brandeburgenfis pro animabus patris sui, matris et uxoris sue Judethe marchionisse, eorum filiis Ottone et Heinrico consentientibus, de patrimonio suo obtulit sepe dicte ecclesie cum omnibus pertinentiis suis, cultis et incultis, silvestribus et palustribus, aquis

*) Zweite Redaction: medietatem videlicet urbis Brandeburch.

**) Die zweite Redaction hat hinzugesetzt: aquis scilicet aquarumque decursibus exitibus et redivisibus.

aquarumque decurfibus, et quinque modios majoris menfure falis, annuatim Brandeburch in thelo-
 nio accipiendos; villas quoque Garzeliz, Mufeliz, Bukowe, Bultiz, Kik et Gorne cum decimis
 et omnibus pertinentiis earum cultis et incultis, aquis aquarumque decurfibus, filveftribus paluftribus
 cunctisque utilitatibus, cum duobus lacubus inter Gorne et Siloe fitis; ecclefiam etiam in Verchie-
 zere in territorio Prizerwe fitam cum dote et areis fuis et duobus manfis et tertia parte deci-
 marum totius ville, villam infuper Mertzane cum tota decima et omnibus pertinentiis fuis, filveftribus,
 paluftribus, cultis et incultis cunctisque utilitatibus, et ecclefiam ejusdem ville cum dote fua et uno
 manfo, ad ecclefiam in Verchiezere pertinentem; villas quoque Muckezowe, Tremene et
 Thure cum decimis et omnibus appenditiis earum, cultis et incultis; ecclefiam etiam in Thure cum
 dote fua et tertia parte decimarum de villis ad eam pertinentibus; Itzin, Scadebauresdorp et
 totam decimam villarum Crelin et Bauresdorp, tam frugum quam animalium; ecclefiam in Goliz
 cum dote fua et duobus manfis et tertia parte decimarum ipfius ville; et tertiam partem decimarum
 ville Wachowe cum duobus manfis, pertinentibus ad ecclefiam in Goliz; ecclefiam etiam in Nie-
 bede cum dote fua et duobus manfis et tertia parte decimarum ipfius ville et ecclefiam in Swane-
 beke cum dote fua et tertia parte decimarum ejusdem ville, pertinentem ad ecclefiam in Niebede,
 ecclefiam quoque in Zachowe cum dote fua et duobus manfis et tota decima ex agris, eidem ville
 adjacentibus, nec non et decimam carnum totam et tertiam partem decimarum de villis ad ipfam ec-
 clefiam pertinentibus, videlicet Lodiz, Parne et Werdere; molendinum quoque in Clinke cum
 area fua, aquis quoque et aquarum decurfibus; villam infuper, Damme dictam, a bone memorie Ro-
 dolfo de Jerichow marchioni Ottoni feniori refignatam et ab eo cum omnibus ad ipfam per-
 tinentibus, cultis et incultis, filveftribus, paluftribus dicte ecclefie Brandeburgenfi oblatam et
 decimas omnes ejusdem ville a pie memorie Wilmaro, ipfius ecclefie epifcopo, in ufus eo-
 rundem fratrum concessas, totam infuper villam Pluszin, in Zucha fitam, cum ecclefia ipfius, et omni-
 bus decimis et omnibus appenditiis, cultis et incultis, paluftribus et campeftribus; villam quoque Sconlo
 dictam, in qua funt XXX manfis, cum decimis et omnibus appenditiis fuis, cultis et incultis, campeftri-
 bus et paluftribus; ecclefiam quoque in Marcowe cum dote fua et duobus manfis et tertia parte
 decimarum ejusdem ville et ville Markede; ecclefiam etiam in Coszin cum dote fua et duobus
 manfis et tertia parte decimarum ipfius ville et villarum ad ipfam pertinentium, fcilicet Stulp et Poretz;
 et ecclefiam in Clebeloch cum manfis et dote fua et tertia parte decimarum ipfius ville pertinentis
 ad ecclefiam in Coszin *); ecclefiam quoque in Oyne cum filia fua, videlicet ecclefia in Golisdorp
 cum area et manfis et tertia parte decimarum earundem villarum et villarum Modelendorp est Ca-
 nisdorp, a predecefforibus noftris bone memorie, Norberto et Baldwino, epifcopis dicte
 ecclefie oblatam, vineam etiam eorundem canonicorum in monte Harlungorum verfus orientem in
 ipfius montis latere jacentem. Confirmamus infuper dilecto filio Alverico, dicte ecclefie preposito,
 ejusque fuccefforibus curam animarum de ecclefiis, que ad ufus dictorum canonicorum in prefentiarum
 pertinent aut in pofterum pertinebunt, concedentes, ut earundem ecclefiarum fructus, prout expedire

*) Zweite Redaction: Ecclefiam quoque in Cotfin cum dote fua fcilicet duobus manfis in agris ville
 Clebeloc ei defignatis et ad eandem Ecclefiam in confecratione dotis nomine confirmatis et tribus areis in ea-
 dem villa Cotfin, quas facerdos Theodericus de manibus laicorum fub testimonio villanorum redimens in unam
 aream redegit; capella etiam in Clebeloc, eidem matri ecclefie in Cotfin attinentem cum dote fua et ter-
 tia parte decimarum eiusdem ville. Tertiam quoque partem decimarum dicte ecclefie Cotfin et villarum ad
 eam pertinentium, videlicet Stolp et Porets et alterius Schlaice ville Porets,

viderint, in usus proprios convertant. In ipsis ecclesiis, juxta quod ab antecessoribus nostris est concessum, Liceat quoque ipsis de fratribus suis viros idoneos instituere plebanos, qui curam in ipsis gerant animarum. Predecessorum quoque nostrorum vestigiis inherentes, rationabiles et honestas consuetudines et jura dicte Brandenburgensis ecclesie nichilominus duximus confirmandas: obeunte siquidem ipsius ecclesie antistite in successore ipsius eligendo juxta morem aliarum ecclesiarum cathedralium Saxonie, ipsius ecclesie canonicos liberam habere decernimus electionem nullusque eis in vitis per surreptionem aliquam preponatur, sed ille in ipsa ecclesia locum et officium pontificis obtineat, quem unanimes voluntate vel de consilio majoris et sanioris partis ejusdem ecclesie capituli de gremio ipsius ecclesie vel aliunde viderint eligendum; alie vero conventuales ecclesie et plebani ipsius dyocesis non se faciente electioni aliquatenus ingerere presumant sed consensum electioni canonice facte prebeant. Sanximus insuper, ut archidiaconatum Brandenburgensem de Ketin et Rinowe usque ad Juterbok, Jezzant et Dame versus meridiem, et terre de Havelant versus orientem usque ad flumen, quod Odera dicitur, quantumcunque illuc idem episcopatus in posterum fuerit amplius, item versus occidentem usque ad flumen, quod Yla dicitur; preterea de burgwardis Scartowe, Mokerne, Lovborch, excepta ecclesia de Dalechowe, ecclesiam quoque sancti Nycolay in Borch, que ultra Ylam, sita est, eo quod filia sit ecclesie sancte Marie in Borch, ad ipsum archidiaconatum, juxta quod actenus est observatum, decernimus pertinere; Jezere quoque, Gorzeke, Buckowe, Beltitz, Nymik, Bricene, Beliz, Sarmunt, Trebin, Lukenwalde*) et quecunque territoria vel ville infra hos terminos in posterum fuerint edificate, sicut eum ipsius ecclesie prepositi hactenus rationabiliter possederunt, ita quoque ipsum indivisum et absque diminutione qualibet in perpetuum obtineant**); parrochianorum quoque in eodem archidiaconatu decedentium vestes meliores cum superpellicio, equum optimum cum suis pertinentiis juxta morem Magdeburgensis ecclesie et suffraganeorum ecclesiarum ejusdem metropolis et consuetudinem hactenus observatam presenti scripto ecclesie memorate prepositis confirmamus. Sciendum quoque est, quod dicte Brandenburgensis ecclesie prepositus, qui et episcopalis sedis archidiaconus est, totius dyocesis in absentia episcopi curam ipsius in omnibus gerit tam in judiciis exercendis***) quam in aliis episcopalibus negotiis procurandis †). Decernimus insuper statuentes, ut dicte ecclesie canonici a festo sancto Pasche usque ad dominicam, qua cantatur: Vidi dominum ††), superpellicio tam in divinis quam in clauetro continue utantur, hyempnali vero tempore, prout actenus est observatum. Adicimus insuper, ut, si

*) Zweite Redaction: Jezere quoque Gorzeke, Bukowe, Beltiz, Nymik, Bricene, Beliz, Sarmunt, Trebin, Lukenwolde, Parchem quoque, Gentin, Milau, Plaw, Pritzerwe, Ratenowe, Vrisac, Belin, Cremmene, Bochzowe, Cedenic et in quantum ab ea parte Diocesis se extendit et quecunque etc.

**) Zusatz der zweiten Redaction: et infra prenotatos terminos jurisdictionem ordinariam exercent, corrigentes et reformantes in Clericis et in Laicis et Sacramentis Ecclesiasticis, que correctione et reformatione viderint expedire, obedientes foveant et confortent, rebelles vero et contumaces corrigant et emendent, ne sanguis eorum de ipsorum manibus requiratur. Parrochianorum etc.

***) Zusatz der zweiten Redaction: et curis ecclesiarum conferendis, quam etc.

†) Zusatz der zweiten Redaction: Mortuo etiam Episcopo nomine Ecclesie cathedralis ad usum futuri successoris non solum spiritualia verum temporalia administrat. Statuimus preterea, ne aliquis Plebanus ipsius Archidiaconatus in Ecclesia sua Vicarium instituere aut pensionem ei assignare audeat sine Prepositi sui conniventia et consensu.

††) Zweite Redaction: usque ad Dominicam qua cantatur Ad aperiat superpellicio etc.

quis fidelium de episcopatu nostro sive undecunque locum sepulture apud ecclesiam ipsam expetierit, nulla ecclesiastica secularisve persona id presumat aliquatenus inhibere *). Monachos vero, in episcopatu nostro degentes, ad quos cura animarum non spectat, confessiones audire nisi eorum, qui apud ipsos decubuerint, penitentes absolvere, penitencias injungere, mortuos sepelire, sine consensu ipsius archidiaconi et sacerdotum, quibus cura animarum est commissa, omnimodis prohibemus. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum nostrorum post factam in ipsa ecclesia professionem fas sit absque prepositi sui licentia de ipso loco discedere, discedentem vero sine communi literarum vestrarum cautione nullus audeat retinere, reversus vero, sive de alio claustrum redierit, omnium tunc in eadem ecclesia existentium fiat novissimus, nec in conventu nec in capitulo consentiendi vel contradicendi sive etiam loquendi vocem habeat, nisi post condignam penitentiam peractam de benignitate et consensu totius capituli misericorditer fuerit restitutus. Statuimus insuper et sub pena excommunicationis prohibemus, ut nullus advocatus fratres ipsius ecclesie ad iudicium seculare trahere aut colonos infestare aut res eorum auferre sive exactiones in ipsos quacunque occasione facere presumat, sed in quarumlibet executione causarum memorate ecclesie defensionem spe remunerationis eterne fideliter deserviat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere vel in ipsis violentiam exercere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Ut autem hec omnia inconcussa perpetuis permaneant temporibus, auctoritate dei omnipotentis et beatorum apostolorum Petri et Pauli, domini quoque pape Honorii et nostra, quam a deo habemus, cuncta, que huic pagine inscripta sunt, sub anathemate confirmamus, ipsam paginam sigilli nostri munimine roborantes, adhibitis ydoneis testibus, quorum nomina sunt hec: Eggehardus, Mersburgensis episcopus †), Sigebodo, Havelbergensis episcopus, Albertus, marchio Brandenburgensis, Alvericus, Brandenburgensis prepositus †), Heinricus, prior, Rodolfus, cellerarius, Thomas, custos, Baldwinus, camerarius, Gunzelinus, quondam prepositus, Godecalcus, Gernotus, Walterus, magister hospitalis, canonici ipsius ecclesie, Johannes, de Grabow, Gerungus, de Borch, Nycolaus, de Jezere, Robertus, de Gorcke, Alardus, de Cydz, Eustachius, de Glineke, Amelricus, de Plawe plebani, Fredericus de Hasle, Erevinus de Jezant, Conradus de Stoltenhagen, Rodolfus pincerna, Albertus, advocatus in Spandow †), Borchardus de Cocstede, Wernerus de Alftermunde laici. Datum Brandenburg *) , anno ab incarnatione domini millesimo

*) Zusatz der zweiten Redaction: Item statuimus, quod sicut a longe retroactis temporibus observatum est, in die Palmarum, omnes utriusque civitatis tam nove quam veteris Clerici et Laici cum sollempni Processione ad consecrationem Palmarum ad Ecclesiam Cathedralem Brandenburgensem accedant, nec in aliqua Ecclesia Civitatis utriusque missa celebretur, quousque consecratio Palmarum in Ecclesia Cathedrali honorifice compleatur, Et quod in die Ascensionis Domini et in festo Apostolorum Petri et Pauli cum sollempni processione Cleri et populi utriusque Civitatis Cathedralis Ecclesia, que in honorem B Petri est fundata, sollempniter visitetur. Si quis autem in dictis Processionibus observandis impediendo aut non servando ipsas contumax fuerit et rebellis, Episcopus vel Prepositus Brandenburgensis ipsum animadversione debita, videlicet si Clericus fuerit Plebanus per poenam suspensionis ab officio vel beneficio, si laicus per sententiam excommunicationis corrigat et emendet. Monachos etc.

†) Diese Zeugen, nämlich Bischof Eggehard, Dompropst Alverich und Vogt Albrecht von Spandow, fehlen in der zweiten Redaction.

*) Zweite Redaction: Datum Jezere.

ducentesimo septimo decimo, quinto Kalend. Januarii, pontificatus nostri anno primo, regnante domino Frederico rege et Romanorum electo, Magdeburgensi vero ecclesie domino Alberto archiepiscopo feliciter presidente.

Nach dem Original. Neben demselben bewahrt das Domarchiv noch eine zweite Urkunde auf, welche in manchen Punkten abweicht und mit Zusätzen vermehrt ist. Diese zweite, von Ziesar datirte, sonst mit gleichem Datum und mit gleichem Siegel versehene Urkunde, scheint eine spätere aber auf denselben Tag zurückversetzte Redaction des vorstehenden Privilegiums zu seyn. Gercken, welcher die vorstehend mitgetheilte Urkunde nicht erwähnt, hat diese zweite Redaction — obgleich mit manchen Fehlern, abdrucken lassen (Stiftsh. S. 412). Hier sind alle Abweichungen und Zusätze der zweiten Redaction in den Noten bemerkt worden.

XLIX. Erzbischof Albert von Magdeburg und die Bischöfe Engelhard von Naumburg, Eckard von Merseburg und Siegfried von Brandenburg bekunden ihre Zustimmung dazu, daß die Eingeseffenen ihrer Diöcesen an dem zur Ankunft der Reliquien und zur Einweihung des Halberstädter Doms zu gewährenden Ablass Theil nehmen, am 30. September 1220.

Venerabili in christo fratri F. halberstadenſi episcopo M. preposito A. decano Totique maioris ecclesie sue capitulo A. dei gratia sancte Magdeburgensis ecclesie Archiepiscopus E. Nauenburgensis, E. mersburgensis et S. Brandenburgensis episcopi orationes in domino. Cum fraterne caritatis affectu Ecclesiam vestram in omnibus quibus unquam possumus semper honorare uolentes presentium auctoritate concedimus, ut quicumque penitentes uel alii deo deuoti in die aduentus reliquiarum et dedicationis ecclesie ueſtre de nostris diocesibus ad ecclesiam ueſtram cum deuotione confugerint eandem gratiam eandem indulgentiam quam ueſtris ſubditis decreueritis faciendam ab ecclesie ueſtre antistite libere consequantur. Vt hec uobis in perpetuum firma sint et uenientibus profutura, Hanc paginam sigillorum nostrorum impressione signatam uobis et ecclesie ueſtre in testimonium erogamus. Datum Magdeburg, Anno dominice Incarnationis M^o. CC^o. XX^o, II. kal. octobris.

Nach dem Original des K. Provinzial-Archivs zu Magdeburg.

L. Der Bischof Siegfried bestätigt eine Schenkung von vier Hufen im Dorfe Zerchesar an das Hospital des Domcapitels, i. J. 1220.

— Sifridus, dei gratia Brandenburgensis ecclesie episcopus. — Ne — ea, que circa hospitale ecclesie nostre in Brandeburch pie aguntur, ab hominum memoria levitor elabantur, tam futuris quam presentibus necessarium duximus declarare, quod Danyel, miles de Mukede, quatuor mansos cum omni integritate in villa nostra Verchiefere, quos Sifridus, comes de Aldenhufen, jure feudali a nobis tenuit et in manus nostras resignavit, pro salute anime sue et uxoris sue Berchte ac parentum suorum ad sustentationem pauperum hospitalis ac quosdam alios usus pio accensus desiderio precibus et precio conquisiuit sub ea determinationis forma, ut, postquam alter vel

Hauptst. I. Bd. VIII.